Quelle: https://manuscripta.at/?ID=5915
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png"> <img src="https://manuscripta.at/styles/BMKOES_Logo.svg" height="48"> <img src="https://manuscripta.at/styles/EUnion_POS1.jpg">



tus

350

Cui autem impleti sunt dies multi, contulerunt iudei ut eum interficerent
Cognitas autem insidias eorum noverat per murum dimiserunt eum demittentes in
sporta. Cum autem venisset hierusalem tentabat se iungere discipulis et
omnes timebant eum, non credentes quod esset discipulus. Barnabas autem ap-
prehensum eum duxit ad apostolos. et narravit illis quomodo in via vidisset
dominum et quia locutus est ei, et quomodo in damasco fiducialiter egisset in nomine
iesu christi. et erat cum illis manens et egrediebatur de hierusalem et fiduciali-
ter agebat in nomine domini. Loquebatur autem et ergo genibus et disputabat cum
grecis. Illi autem quaerebant occidere eum. Quod cum cognovissent fratres deduxe-
runt eum novit cesaree et dimiserunt tharsum. Ecclesia quidem per totam
iudeam et galileam et samariam habebat pacem aedificatam ambulans
in timore domini et consolatione spiritus sancti replebatur. Factum autem ut
petrus diuinitus minister discurrens ad sanctos qui habitabant
lidde. Inuenerunt autem ibi hominem quendam nomine eneam ab annis
octo iacentem in grabato qui erat paralyticus. et ait illi petrus. Enea
sanet te dominus iesus christus. surge et sternere tibi. et continuo surrexit.
Et viderunt eum omnes qui habitabant lidde et saronem qui conuersi sunt
ad dominum. In ioppe autem fuit quidam discipula nomine tabita quae interpre-
tata dicitur dorcas, hic erat plena operibus bonis et eleemosinis quas fa-
ciebat. Factum est autem in diebus illis. ut infirmata moreretur. Quam
autem lauissent posuerunt eam in cenaculo. Cum autem prope esset lidda
a ioppe, discipuli audientes quia esset petrus in ea duos viros
miserunt ad eum rogantes. Ne pigreris uenire usque ad nos. Et
surgens autem petrus venit cum illis. et cum aduenisset. duxerunt
illum in cenaculum et constiterunt illum omnes uidue flentes et ostendentes
tunicas et uestes quas faciebat illis dorcas. Eiectis autem foras omnibus illis
petrus ponens genua orauit. et conuersus ad corpus dixit. Tha-
bita surge. At illa aperuit oculos. et uisa petro resedit. Dans illi
manum erexit eam. Et cum uocasset sanctos ac uiduas assignauit eam
uiuam. Notum autem factum est per uniuersam ioppen et crediderunt multi in
dominum. Factum est autem ut dies multos moraretur in ioppe apud quendam
Simonem coriarium. Sequenti autem die profectus est.

X

Vir autem quidam erat in cesarea nomine cornelius centurio
cohortis quae dicitur italica. religiosus. ac timens deum cum
omni domo sua faciens eleemosinas multas plebi et deprecans deum semper